eccl'e curate ēt nō hn̄ti aliā curā niſi collegiuꝫ
qꝺ tꝫ Jo. cal. ⁊ F e. d ſe. Intellige ꝙ epꝭ poſ
ſit diſpēſare d eccl'ijs: q̄ pleno iure ad mona/
chos ñ ptinēt: hoc tñ cū ↄſenſu abbatis: ⁊ ſic
intellige. xvj. q. j. p totū. In eccleſijs aūt que
ad mōachos ptinēt mero iure: ſufficit ſola au
ctoritas abbatis ⁊ ↄuētus. xvj. q. ij. viſis. vel
etiā ſolius abbatis: ſi ad ipm ptinet eccl'e ꝓui
ſio. Adde tñ qꝺ nōt Panor. i. d. c. qꝺ dei ti/
morē. qꝺ regulares pñt ꝓmoueri ad eccl'ias
ſeculares curatas pꝛicipal'r ꝓpter officiū p̄di
candi: ⁊ ſic pp bonū cure. Ex quo īfertur ꝙ ſi
religioſus ñ ē ad iſta apt⁹ ñ pōt licite ꝓmoue
ri. Et ꝓ maiori dclaratiōe p̄dictoꝝ q̄rit Pa
nor. vbi. ſ. an p̄dicta hēant locū d iure cōi: an
vero et diſpenſatiōe: puta ꝙ tā canonicis re/

monachus

gularis: q̄ȝ monachus de iur̄ cōi ſuadēte ne-
ceſſitate vel vtilitate poſſint ꝓmoueri ad ec-
cleſias ſeculares curatas. Quidā tenent ꝙ de
iure cōi pn̄t ꝓmoueri: ſed debēt hēre ſociuȝ.
Alij ꝯ dicētes ꝙ ex diſpēſatione. Panoꝛ. aūt
diſtinguit ꝙ aut querit̄ nunqd regulares poſ
ſint ꝓmoueri ad dignitatē ep̄alē: ⁊ ſic ſ᷒ȝ oēs
ꝓmoueri pn̄t. ſ. de iure cōi. tex. ē. in. c. vnicoꝛ
xviij. q. j. ⁊ i. d. cle. j. ⁊ aptius pȝ i. c. ſi religio
ſus. ⁊. c. quoꝛūdā. de elec. li. vj. nā ibi eligūtur
p cāonicos i ep̄os. Si eīȝ nō eēnt habiles de
iur̄: nō eligerētur: ſȝ poſtularent̄. vt i. c. ſi. de
poſtu. p̄re. Vn̄ ēt abbas n̄ obſtāte viculo di-
gnitatis pōt eligi i ep̄ȝ. vt i. c. ſi abbatē. ꝺ ele.
li. vj. Et hoc ꝓcedit̄ pp excellētiā ep̄alis digni
tatis. nā ⁊ ep̄s appellat̄ religioſus. vt in. c. ex
multa. de voto. Aut loqmur de eccleſia infe-
rioꝛi: ⁊ tūc aut eccl'a ē collegiata aut nō. Pri
mo cāu aut querit̄ de ꝓmotōe ad cāonicatū:
vel ad aliud bn̄ficiū ſimplex ipſi⁹ eccleſie colle
giate: ⁊ tunc ꝓmoueri nō pn̄t. vt i. c. ſup co.
de regula. adeo ꝙ ēt ep̄s diſpēſare nō pōt ſ᷒ȝ
Cal. vt religioſus ſit cāonicus in eccleſia ſecu
lari. Nā hoc cāu ceſſat piuilegiū cure: rōe cu
ius pmittit̄ ꝓmotio ad eccleſiā ſcl'arē. vt i. d.
c. qꝺ dei timoꝛē. Hoc itellige niſi eccl'a cathe
dralis eēt regularis. nā tūc mōachus vnius
mōaſterij pōt ꝓmoueri: vt ſit cāonicus i ec-
cleſia cathedrali. Et largo mō mōachi in tali
eccl'a pn̄t appellari cāonici. Aut querit̄ nūqd
poſſint ꝓmoueri ad ipſaȝ dignitatē eccl'e col-
legiate: puta vt ſit ꝑpoſitus. Hoſt. tȝ ꝙ non
pōt fieri ſine diſpēſatōe: niſi pp neceſſitatē cu
re. Alij tenēt oppoſitū: qꝛ ſicut pōt ꝓmoueri
i ep̄m i eccl'a ſeculari: ita ⁊ in ꝑpoſitū in eccl'a
collegiata eadē rōne. Et Panoꝛ. tȝ hāc opi.
cū nō repiatur hoc iur̄ ꝓhibitū. nā eadē rō ē
in ep̄o: cū ep̄s faciat vnū coꝛpus cū canonicis
ſuis. Itē rō cure ⁊ predicatiōis militat in hoc
caſu. vt i. d. c. qꝺ dei timoꝛē. Si āt loquamur
de eccl'a nō collegiata: aut ē nō curata: ⁊ non
pōt religioſus eā obtinere: qꝛ ceſſat rō cure.
Aut ē curata: ⁊ cōiter tenet̄ ꝙ de iure cōi poſ
ſit ꝓmoueri: lȝ dn̄i ꝺ ro. teneāt ꝯtrariū.
5 Vtrū huiuſmodi monachus qui factus ē
rectoꝛ alicui⁹ eccleſie ſecularis teneatur ad ſta-
tuta ſui oꝛdinis? R. ſ᷒m Hoſti. ſi talis eccleſia
pleno iure pertinet ad monachos: p̄fat⁹ mo
nachus i ea remanet ſubiect⁹ abbati: ⁊ ſerua-
bit oia ſicut p̄i⁹ pter tria. ſ. ieiuniū: ſilētium ⁊
vigilias: que ꝯmode ſeruari nō pn̄t i eccl'a ſe-
culari. Si vero eccl'a n̄ ptinet ad mōachos: ſȝ
ad ep̄ȝ: tūc mōachus iſtitutus a trib⁹ ſubſtā-
tialibus nō abſoluit̄ ſimpliciter. Nā ⁊ ꝯtinē-
tiam ſeruare tenet̄. Ab obediētia abbatis ab-
ſoluitur quidē: ſȝ iperio ep̄i ſubijcit̄: q de cete-
ro erit abbas ſuus: tpalia diſpēſabit ratōe cō
miſſe adminiſtratōis. Et ſi habet ſociū mona
chū: nō excuſatur ab eſu carniuȝ. d. c. qꝺ dei.
niſi ſit iſirmus de cōſe. di. v. carnē. vel niſi i-
perāte ep̄o: qui abbas ſuus ē. Si autē ſociuȝ
nō habet: pōt ſe his cū quibus viuit ꝯfoꝛma-
re. xlj. di. quiſquis. extra de ſta. mo. recolētes.
In omni tamē caſu habitū deferre dȝ: nec de
bet temerarie dimittē: al's excōmunicat⁹ eēt.
de quo vide. ſ. Excōicatōne. xvj. §. v. Quo
vero ad officiū: monachus factus curat⁹ ab-
ſoluit̄ ab offō mōachali: qꝛ dȝ ſe ꝯfoꝛmare offi
cio clericoꝝ ſeculariū. d. c. quiſquis.
An vero religioſus poſſit ꝓmoueri ad ec 6
cleſiā ſcl'arē i caſib⁹ pmiſſis ſine lnia ſui abba
tis? R. Panoꝛ. i. d. c. qꝺ dei. dicit ꝙ n̄. vt hēt̄
i. c. ſi religioſus ꝺ elec. li. vj. Immo nec i pa-
pā. vt nōt gl. i. c. q̄ȝ ſit. xviij. q. ij. Si āt abbas
n̄ vl't ꝯſentire: ⁊ vtilitas ſeu neceſſitas ſugge
rit: tūc p̄t ꝯpelli ad ꝯſentiēdū ſ᷒ȝ doc. pp bonū
publicū. Et h̄ fac̄ ad. q. quotidianā. Statuto
cauet̄: vt puella mioꝛ. xxv. ānis n̄ poſſit ſe ma
ritare ſine ꝯſenſu duoꝝ agnatoꝝ. Puella ele
git ſibi ſpōſuȝ ꝯdignū: ſȝ agnati ſine eā legiti
ma nolūt ꝯſētire. Certe p p̄dicta pn̄t ꝯpelli
p ſupioꝛē ad ꝯſentiēdū: vel ipe ſupioꝛ dabit li
cētiā ꝯtrahēdi. Et hoc idē tȝ Bar. i. l. ſi cum
dotem. ff. ſo. ma.
Vtrū ex ꝯctu mōachi obliget̄ abbas vl' mo 7
naſteriū? R. ſ᷒ȝ Inn. ſi mōacho ꝯmiſſa ē admi
ſtratio: abbas ⁊ ꝯuēt⁹ tm̄ obligāt̄ q̄ȝtū admi-
ſtratō ſe extēdit: ſi vō n̄ hȝ admiſtratōm: obli
gat̄ mōachus: ſȝ n̄ tenet̄ ſoluē qꝛ n̄ hȝ vnde.
Sȝ qd ꝺ obligatōib⁹ ſeu ꝓmiſſiōib⁹ ab ali 8
quo factꝫ mōacho vel abbati: nūqd acqrūtur
mōaſterio? R. ſ᷒ȝ Inn. ⁊ Ho. ex ꝯctib⁹ initis
cū mōacho vl' abbate obligat̄ qs mōaſterio:
qꝛ p̄t mōach⁹ mōaſterio actōeȝ acqrē: n̄ tn̄ pt
obligare mōaſteriū. vn̄ q̄ȝuis abbas: ſiue mo
naſteriū poſſit agē: n̄ tn̄ tenet̄ rn̄dē niſi ꝺ eo qꝺ
ad ipȝ ptinet. Et lȝ oīs ꝯct⁹ ꝓhibit⁹ ſit mōa-
cho niſi ipante abbate. vt. xij. q. j. nō dicatis.
Hoc itll'igit̄ i q̄ȝtū mōaſteriū obligaret̄. ſȝ ob
ligatio alteri⁹ ad mōaſteriū pōt p monachuȝ

acqri. ſimiliter τ poſſeſſio ēt ꝑ monachū fugitiuū monaſterio acqrit. ff. de acqui. poſ. l. j.

9 ¶ Quid de rebus ablatis monacho: R. ſm Inn. τ Hoſt. Si res erāt monaſterij vl' ēt alterius τ monaſteriū ad reſtitutōez tenebatur: tūc aget monaſteriū. Si vero nō erāt ei⁹: nec de eis tenebat monaſteriū: tunc agit ille q dñs ē rerū: ita tñ ꝙ ſi tales res erāt depoſite apud moanchū: τ abbas videt eas ſubtrahi: τ facile eſſet abbati eas liberare: ſatis credit Inn. ꝙ abbas teneat depoſiti inſolidū ꝓpter doluz. Sz ſi nō vidit: nec ꝓhibere potuit: non tenet ēt ſi monachus eas abſtuliſſet: q2 nō ē obligatus ex eius maleficio. vt in. §. ſe. dicitur.

10 ¶ Quid de maleficio cōmiſſo p mōachū vl' abbatē: R. ſz Inn. τ Ho. ñ tenet mōaſteriū: q2 delictū pſone τc. niſi q̄ztū ad monaſterium ꝑueniſſet: τ i eius volūtatē verſum fuiſſet.

11 ¶ Quid aūt ſiquis ꝓfitet ea ꝯditione: vt poſſit retinere bona ſua. Et quid de relicto facto monacho ea ꝯditione: vt nihil acqratur monaſterio: Vide diffuſe. ſ. Abbas. §. xij. Et an tale pactū inducat ꝓprietatē ipſi monacho. vide. ſ. Impedimentū. iiij. §. xv.

m **Monialis.** ¶ In monaſterijs monialiū nō mēdicantium: nō debent recipi niſi quot poſſūt de ꝓuētibus monaſterij abſq3 penuria ſuſtētari. aliter nulla eſſet receptio. extra d̄ ſta. regu. periculoſo. li. vj.

1 ¶ Omnes moniales debēt manere ſub ppetua clauſura monaſterij: niſi pro tali τ tanto morbo ꝙ nō poſſent cū alijs abſq3 graui periculo ſine ſcādalo morari. d. c. periculoſo. de hac materia vide. ſ. Excōicatōne. xxvj. §. ij.

m **Munus** quoddā dicit mere ꝑſonale. quoddam dicit reale ſeu patrimoniale. quoddam dicitur mixtū. Mere pſonale dicit tūc qñ explicat labore corporali ſolū ſine ſūptu vel detrimēto rez ꝓpriaz. l. ſi. in prin. ff. de mu. τ ho. Realia vero ſiue patrimonialia dicunt tūc ꝓprie qñ cū ſūptu ꝓprio ſiunt ab alijs. Mixta vero. ſ. pſonalia τ patrimonialia ſeu realia dicunt qñ cum labore corporali a nobis explicatur τ cum ſumptu noſtro vt colligit in. d. l. ſi. §. patrimoniorum.

1 ¶ Quo dicant p̄ſata munera ſiue perſonalia ſiue realia ordinaria: R. ꝙ ordinaria ſūt qñ habent certā τ ordinatā p̄ſtatōem vel aliquā legem vel ſtatutū ſeu ꝯſuetudinē longaz. vt. ff. d̄ vaca. τ excu. mu. l. in honoribus. §. q munerie publici.

¶ Quo dicant extraordinaria: R. qñ ñ ꝑ legem vel ſtatutū vel ꝯſuetudinē imponunt: ſz ꝑ voluntatē dñoz ſm Bar. τ pz i. l. vnica. C. d̄ vaca. pu. mu. Unde ꝑ accidēs iſta imponūtur. 2

¶ Aliqñ iſta munera dicunt idicta: vt qñ princeps imponit ꝑ legē aliqd munus vel per ſtatutum qd a principio erat extraordinariū ſz nūc efficitur ordinarium. 3

¶ Aliqñ dicunt ſupindicta: vt qñ ſupra ordinariū aliqd imponit pp neceſſitatē occurrētē; facit. l. vnica. C. de ſupindic. De hac materia vide. ſ. Miles. prio rñſo. 4

m **Mutuū** eſt qd de meo fit tuū. ff. ſi cer. pe. l. ij.

In qb⁹ aūt cōſiſtat proprie mutuū vide. j. Uſura prio. §. vij. 1

¶ Utrū dare mutuū petenti ſit de precepto. vide. ſ. Eccl'a prio. §. j. Et dic vt ibi. licz Ri. i. iiij. di. xv. ar. ij. q. ij. aliter dicat. Dicit eñ ꝙ ſi homo hz aliqd qd ñ ſit neceſſariū ſubſtētatōi ſue nāe: nec illoz qbus tenet ꝓuidē. ſic ſūt vxor: filij: ſui: ancille: pater τ huiuſmodi. τ ſit tāta neceſſitas ꝙ imineāt ſigna ꝓbabilia extreme neceſſitatis i paupere: tūc tenet de p̄cepto. Si vero hz aliqd ſupfluū nō ſolū ſubſtentatōi nāe: ſz etiā ꝯueniētie ſui ſtat⁹ tenet d̄ illo facere elemoſinaz etiā ſi ñ inuenirent tales qui eſſent i neceſſitate p̄dicta. Et ſi plures occurrerēt qb⁹ oibus ñ poſſet ſubuenire: tenetur ceteris paribus illi q magis idiget. Si v̄o ñ hz vltra ꝯueniētiā ſui ſtatus: nec ē q ſit i extrema neceſſitate non tenet de p̄cepto. h Ri. Sz iſta opi. ē nimis rigida τ q̄ſi oēs potētes τ diuites eſſent in ſtatu dānationis. Et vix inueniretur ꝯfeſſor q poſſet ſaluari i audiēdo tales i cōfeſſiōe. Et iō alia opi. poita i. d. c. elemoſina. §. i. ē tenenda: quā tenent Tho. panor. τ Ni. de lira. 1

n **Naufragiū** dicit nauis fractio: ex qua plerūq3 ſubmerſio rez τ corporū ꝯtingit pp vim tempeſtatis. l. deprecatio. ff. ad. l. ro. de iac.

¶ Quicqd ex naufragio accipitur ſiue d̄ ipſa naui ſiue d̄ mari ſiue d̄ littore. reſtituēdum eſt ff. co. l. ſiqs ex naufragio. Aliter nulla ꝯſuetudine ſtatuto vel p̄cepto excuſat qs: q2 cōmitti 1

tur furtũ. ff. de acq. re. do. l. qua rõe i fi. C. de
furtis. l. reũ. Quinetiã ſꝫ leges ſi petatur īfra
ãnũ ꝯdẽnabit̃ ad reſtituẽdũ quadruplũ: ſꝫ p⁹
ãnũ i ſimplum. vt in p̃dicta. l. reũ. ⁊. ff. eo. l. j.
Scd'o ẽt canones ſi is q accepit res naufrago
rũ ẽt eſſet ep̃s vl' p̃latus aut cl'icus dꝫ deponi
et ꝺ accu. cũ dilecti. p̃io. Ultra aũt p̃dicta ſiue
clericus ſiue laicus niſi reſtituerit dꝫ excõica-
ri. Hoc itelligas niſi ſint talia nauigia q̃ pirra
ticaꝫ tyrãnideꝫ exerceãt: vel ſint inimica nomi
ni xp̃iano vel' principi. C. de furtis. auc̃. naui-
gia. Et qui dicantur pirrate. vide. j. pirrata.

2 Quid ſi dñi terraꝝ ꝯponãt cũ nautis ali-
quo ab eis recepto pro eo q ſecurãt eos q ſi
naufragant̃ nihil accipient vel accipi p̃mittẽt
ab eis? R. ſm. ꝟꝟ. cũ al's deberent hoc gratis
facẽ: nõ licꝫ aliqd iſta de cã recipe ab eis. Niſi
ſicut i qbuſdã locis ꝯſtituit̃ q quicũqꝫ accipit
aliqd ꝺ ipſo mari debeat inde certã moderatã
portõeꝫ hr̃e. Huiuſmõi. n. ſtatutũ fit i fauorẽ
naufragoꝝ ad h̃ q hoĩes magis ſtudeãt per-
quirere res ipas ⁊ premient̃ ꝺ labore ſuo.

3 Sꝫ pone i naui que paſſa ẽ naufragiũ: erãt
q̃daꝫ res q̃ ſi aliq̃ꝫdiu imerſe ſtetiſſent: deſtru-
cte fuiſſent: vt zucaruꝫ: papyrus: ſal: farina: ⁊
huiuſmõi. Ecce quidaꝫ ſuccurrit p̃dictis añqꝫ
in aquã imergant̃. Hoc tñ poſito: q nec dñs
ipe p ſe nec p aliũ ſaluare poterat p̃dictas res.
Querit̃ an iſte teneat̃ reſtituẽ dño dictas res?
Dicendũ q ſi ſine p̃iculo vite ſue ſaluauit di-
ctas res q tenet̃ reſtituere: ſiue dñs res p̃edi
ctas eſſet rehabiturus vel ne. Et iſto cãu itelli
ge. d. auc̃. nauigia. ⁊. d. c. excõicatiõi iũcta gl.
Sꝫ hoc cãu an iſte debeat hr̃e aliquam merce
dẽ laboris ſui? dic q ſic. q2 etiaꝫ ipe dñs ſi de-
buiſſet ſaluare dictas res neceſſe habuiſſet ſa-
tiſfacere talib⁹ p̃quirẽtibus. Et ſm hoc itelli-
ge dictũ Roꝺ. poſitũ. ſ. §. p̃cedenti in fi.

4 Quid aũt ſi qs ſine p̃iculo vite ſue ñ poteſt
ſaluare dictas res? R. diſtinguendũ ẽ. Nã aut
talis exponens ſe periculo vite ſue capit bona
illa q̃ veriſimilit̃ dñs p aliã viã nullo mõ reha
biturus erat: tunc dico q talis cũ bona cõſcia
ſibi retinẽ põt. Exẽplũ. pone i dicta naui erãt
zuchaꝝ ⁊c̃. q̃ ſi diu ſtetiſſent i aqua cito deſtru
cta fuieſſent. Et dominus añqꝫ p̃dicta dſtrue
rẽtur nõ hẽbat viaꝫ nec p ſe nec p alium recu
perandi dicta bona. Tũc iſte ſe exponẽs p̃icu
lo vite: q2 forte mare erat valde tẽpeſtuoſum:
vel forte iſte natabat vſqꝫ ad p̃funduꝫ maris
vt multi faciũt. non tenet̃ ad reſtitutõneꝫ: ex-
quo dñs nulla via erat recuperaturus ſua. imo
ipe dñs rõnabilit̃ debuiſſet velle vt p̃rim⁹ po
tius hr̃et dcã bona q̃ꝫ q totalr̃ deſtruerẽtur.
marie qñ iſte expoſuit ſe p̃babili p̃iculo vite.
Aut veriſil'r erat q dñs rehabuiſſet ſua aut
vi tẽpeſtatis que forte iactaſſet dcã bona ad lit
tus. Aut q2 reperiſſet aliũ q ẽt dicto p̃iculo ſe
expoſuiſſet. Tũc dico q talis inuẽtor tenet̃ re-
ſtituere dcã bona non obſtãte q expoſuerit ſe
periculo vite. Debet̃ tñ ei p̃miũ iuxta laborẽ ⁊
periculũ ad qꝺ ſe expoſuit taxãdũ ad arbitriuꝫ
boni viri. Hec diſtictio vr̃ equa ⁊ ꝯſona ra-
tioni. Si tñ fulminaret̃ excõicatio ꝯ illos qui
habuerũt ꝺ talib⁹ bonis teneẽtur p̃dicti ſaltim
manifeſtare: lꝫ reſtituere ñ teneant̃. Idẽ dicen
dũ de cãu q his dieb⁹ accidit. Nã cũ q̃dã na-
uis pateret̃ naufragiũ: ⁊ hoĩes i ea exiſtentes
timerẽt mori oẽs ceperũt arripere fugã. qdaꝫ
aſcẽderunt ſup barchaꝫ. qdã acceptis poſtib⁹
ſup natabãt: ẽt p̃ronus deſperãs de ſalute ſua
⁊ reꝝ ſuaꝝ arripuit fugã. Quidã aũt marina
rius poſt receſſũ p̃roni acceſſit ad capſam p̃ro
ni ⁊ accepit mille duc̃. ipius p̃roni. Queritur
an iſte poſſit cũ bona ꝯſcia tenere dictos duc̃.
dic p oĩa ſic̃ ſupra dc̃ꝫ ẽ. Si tñ aliqs ſimplr̃ ra
peret ꝺ talibus bonis credẽs ſibi licẽ. aut quia
forte ẽ ſtatutũ ibi q liceat cape: vl' huiuſmõi:
tũc nõ peccaret mortal'r: nec cõmittẽt furtum
nec excõicatõeꝫ icurreret. q2 ad icurrẽdã dictã
excõicatõeꝫ reqrit̃ p̃ius monitio vt vult Jo.
an. i. d. c. excõicatõi. Idẽ Inn. Hoſti. Jo. de
lig. ⁊ Arc. ſ. q dicit q h̃ ẽ cõis opi. Et iõ ab
ea ñ ẽ ꝺclinãdũ. De h̃ viꝺ. ſ. Excõicatõe. xj.

Quid aũt ꝺ lignis q̃ vis fluminis impulſit 5
ad ripaꝫ. ⁊ qd ꝺ iactactis in mari: an hẽantur
p̃ derelictis? vide. ſ. Furtum. §. xvij.

n Nauta caupo: ⁊ ſtabulari⁹ tenẽ-
tur ꝺ leuiſſima culpa ñ de
caſu. l. ⁊ ita. §. at hoc edicto. ff. nau.
cau. ⁊ ſta. Et dr̃ nauta q nauẽ exercet. ñ remi-
ger vt. l. j. eo. ti. §. nautã. Sil'r caupo ⁊ ſtabu
larius qui hec exercent: ⁊ inſtitores eorum vt
l. j. §. fi.

Anãt caupo teneatur ex fcõ famuli ſui: ⁊ 1
an teneat̃ ex vulnẽ illato p famulũ ꝯ hoſpiteꝫ?
Jo. ꝺ anania i ꝯſi. ij. incip̃iẽte. i xp̃i noĩe. ꝯclu
dit q p̃ iniuria reali ⁊ dãno dato in reb⁹ põt
hoſpes agẽ ꝯ cauponẽ. vt. l. lꝫ. §. poſſumus.
ff. nau. ca. ſta. Sꝫ nõ tenetur ꝺ vulnere illato

ꝓ famulā ſuū ad expēſas factas nec ad itereſſe. Et ꝓ h̄ vř tex. iūcta gl. i. ꝺ. l. lȝ. §. idē ꝺř. in v̄. ſȝ ſi ꝺānū ⁊. i. l. ꝺȝ. in prin. eo. ti. vbi glo. expo nit factū. i. receptū. q̄ſi velit ꝺicē: ꝙ n̄ teneatur niſi ꝺ̄ recepto. Pro h̄ ēt facit. q2 ſi ꝺiligeni pō derec̄ nō ē eadē rō: q2 vix poterit fieri ꝺānū in reb⁹ qn hoſpes ſit i aliq̄ culpa ſaltē leuiſſima: q2 potuiſſet ꝺiligēti⁹ cuſtodire. Sȝ n̄ ē ſic i ꝺe licto i pſona: q2 n̄ pt̄ obſtare qn famulus ſi ve lit: occidat: vel verberet hoſpitem. Idē lu do. bolo.

2 ¶ Adde ēt ꝺm eūdē Io. ꝙ ſunt certe pſone q̄ regl'r tenētur ex ſcō ⁊ ꝺ̄licto familie ſue: vt ſūt publicani: naute: caupones: ſtabularij: hoſpites ⁊ ſil'es. Alie aūt pſone ita ꝺemū tenēt̄ ſi ali qui ꝺ̄ familia ꝺeputētur ad certū officiuȝ: ⁊ in illo officio ꝺelinquāt: q2 tūc ꝺř pr̄familias eē i culpa: ꝺeputādo vnū inſufficiētē. Iſta ē cōis opi. ꝺoc. i. l. j. §. familie. ff. ꝺ̄ publi. Et h̄ faciūt ad. q. q̄ ꝺ̄ ſcō accidit. Quedam nurus i nocte accēdit lucernā ad vigilādū ⁊ cuſtodiendū filiū infantē. Et ex tali lucerna incaute ⁊ negligēter omiſſa ortuȝ ē incendiū: ⁊ ꝯbuſſit ꝺuas ꝺomos vicinas. Querebatur an ſocer vel pr̄ fa. tenebat̄ ex ſcō ſue nurus: Et ex p̄dictis Io. ꝺe ana. i ꝯſi. lxxj. icipiēte. In noīe ſancte trinitatis. ꝯcludit ꝙ n̄. Et lȝ ꝺcā nurus ſit ꝺ̄ familia: nō tñ ꝓꝓ h̄ ꝺř culpa eē cōmiſſa i aliquo officio. hdeo ꝙ ꝓꝓ h̄ ꝺicat̄ pr̄fa. teneri: q2 iſte nō ꝺeputauit illā ad hoc: ſȝ gubernatio liberoruȝ q̄ ē ꝺ̄ iure nāli. Itē ē ꝯſuetudo matrū talia facere. Preterea iſta culpa q̄ reſultat ſeu p̄ſumitur ꝯ̄ habitātes ex icēdio iudicat̄ leuiſſima: vt voluit gl. ſing. inſti. q. mo. re ꝯ̄. ob. §. p̄terea. in gl. q̄ icipit hic nō. Et iſta nō ē iputabil' vt voluit Sali. in. l. ſi vēdita. ff. ꝺe peri. ⁊ cō. rei ven. ⁊ Bal. in. l. i iudicio. C. loca. vbi ꝓprie loqtur ꝺ̄ lucerna. Ex qb⁹ oib⁹ vř ꝯcludēdum ꝙ iſte pr̄fa. nō poſſit ꝯueniri ad emēdatōem iſtius incendij.

3 ¶ Quid āt ſi nauta ponat res meas i alia naui q̄ȝ vbi poſuerā ⁊ pierīt: R. ꝙ tenet̄. l. itē que rit. §. j. ff. loca. ⁊ hoc verū ſi inuito ꝺn̄o. Si vero bona fide ⁊ ſine culpa: nō tenet̄. Sil'r non tenet̄ ēt ſi ꝺoloſe poſuiſſȝ qn̄ vtraqȝ nauis perijt i eadē nauigatiōe. ff. ad. l. ro. ꝺe iac. l. ſi. §. j. q2 lȝ ſit i culpa iſidelit̄ rē tuā ꝯtractādo: non tñ ex tali culpa ē amiſſa. ex quo ꝺ̄io ꝑitura erat.

4 ¶ Vtrū naute ⁊ ſimiles ꝺātes claues camere ꝺn̄o ꝺeponēti excuſent̄: ſi ꝑdantur res: R. ꝺm gl. i. ꝺ. l. ꝺȝ. §. itē ſi p̄dixerit. ꝙ ſi a p̄cipio ꝺedit claues ⁊ predixit ꝙ nolebat teneri: excuſatur. al's ſec⁹. Sil'r tenet̄ qn̄ a p̄cipio n̄ ꝺedit claues ſȝ poſtea: lȝ p̄dixerit ꝑ. l. ſicut. C. ꝺ̄ act. ⁊ obli. niſi ille exp̄ſſe ꝯſenſiſſȝ nolle illū teneri.

¶ Vtrū et p̄dcā habeāt locū i eo q hoſpitatur aliquē n̄ tāq̄ȝ caupo: ſȝ ſic ciuis ſine mercede. Sicut ſit qn̄ aliqs ꝺn̄s venit i ciuitatē ⁊ ꝺiſtribuit ſuos ꝑ ꝺomos: R. ꝙ nō vt. l. ſi. ff. ſi menſor fal. mo. ꝺix. Et iō ſi gratis ſit tenet̄ ſoluȝ ꝺe ꝺolo ⁊ lata culpa. 5

¶ Vtrū naute poſſint ꝑponē res ſuas ꝺ̄poſitis qn̄ vtraſqȝ n̄ pt̄ ſaluare: vid. ſ̄. Depoſitū. §. ij. 6

## n Egociatio

illicita redditur multipliciter ꝺm Ray. Prio qdem ex cā: vt qn̄ ſit ꝓꝓ auariciā. ſ. ꝓꝓ iprobaȝ cupiditatē ꝺiuiciar̄ ⁊ n̄ ad neceſſitatē: ſȝ ad aliū finem malū. Et qn̄ ſit peccatū mortale: quo ad hoc vide. ſ̄. Auaricia. Scꝺo ex tēpore: vt ſi fiat i ꝺiebus feſtiuis. Tertio ex perſona: q2 clericis ⁊ religioſis talia ꝓhibita ſūt: q2 nemo militās ꝺeo ⁊c̄. Quarto ex loco: q2 in eccl'a vel loco ſacro huiuſmōi fieri n̄ ꝺebēt. vt ꝺictū ē. ſ̄. Emunitas ꝑrio. §. ij. Quinto ex mō: vt ſi fiat cū mendacijs: ꝺeceptionibus. ⁊ ſil'ibus.

¶ Negocia. q̄dā ſūt que ſine peccato vix fieri pn̄t ꝺ̄ pe. ꝺi. v. negociū. Et grā exēpli ponunt̄ quinqȝ. ſ. cura rei familiaris. militia. mercatio. prouocatio. ⁊ adminiſtratio. ꝺe peni. ꝺi. v. q̄litas. ⁊. c. falſas. ꝺi. xxv. q̄lis. ꝺi. lxxxviij. ꝯn̄s. Hoſ. addit ſextū qꝺ q̄ſi ꝑiculoſius ē oib⁹. ſ. aduocatio. Sȝ ⁊ ſeptimū n̄ ꝺimittas. ſ. ep̄atus officiuȝ: quo nihil miſerius ⁊ ꝑiculoſius ſi ꝑfunctorie agat̄. xl. ꝺi. ante omnia. 1

¶ Vtrū negociatores poſſint licite lucra recipere: R. ꝺm. v̄ v̄. Cum laborent pro omnib⁹ ⁊ quaſi cōe negocium in mercibus gerāt: poſſunt moderatuȝ lucrum recipere. ꝺe hoc vide ſ̄. Emptio. §. x. 2

¶ Quid ꝺe artificibus qui faciunt vel vendūt gladios: ſagittas: baliſtas: bōbardas: aut venena: ⁊ huiuſmodi: R. ꝺm Ray. Si ꝓpter hoc faciunt: vel vendunt: vt hoīes habeāt talia ad abuſum. aut etiam ſi ſcienter vēdūt illis ſeu ꝺonant quos eſtimant talibus abuſuros: mortaliter peccant. ⁊ oīa peccata que inde ſequūtur eis iputātur. Si aūt tales negociatores ꝺicāt ſe bonā intētōem habuiſſe: q2 credebant ꝙ emerētur ꝓꝓ licituȝ vſuȝ: vel nihil ſu 3

ꝑ hoc cogitabāt: ſeu ignorabāt ꝙ eſſet illicitū talia facē vel vēdē. In oib⁹ dictis caſib⁹ diſtiguo: q2 ſi ille res pñt eē vtiles: vt arma in bello iuſto: aurifrigiū ad ornamenta eccl'iaſtica: q̄dā ēt venena ad aliqd medicinale: vel cōtra alia nociua: q talia vēdūt nō peccāt: niſi forte ꝓbabiliter dictaret ſibi ꝯſciētia ꝙ emptor talez rē q̄rit ad malū. tūc. n. nō dȝ vendere. v. q. v. nō ois. Si vero ille res ad nullū vſum ſint vtiles niſi ad peccandū: ſicut ſunt quedā mortifera: tūc idubitāter peccant faciēdo. tenēdo. vēdo. ſeu alijs donādo. xj. q. i. c. j. ff. ꝺ ꝯbē. emp. l. qꝺ ſepe. §. veneni. q2 flagitioſe rei: nec emptio: nec mādatū: nec ſocietas valere pōt. ⁊ oia mala ſequētia iſtis imputabunt. ex. ꝺ iniurijs. c. ſi culpa. Dicit etiā Arch. ſ. ꝙ reſpectu artis armoꝝ pōt eſſe vſus licitus de ſe: ergo ars nō erit illicita. q2 in bello iuſto: ſi lȝ occidere: multo magis ⁊ his vti. xxiij. q. ij. dñs. xxiij. q. i. quid culpat. Nec obſtat. de ſagi. c. i. q2 cōiter intelligit de bello iniuſto. Sȝ cū manifeſtuȝ eſt belluȝ eſſe iniuſtuȝ: tunc talib⁹ iniuſte bellantibus manifeſte vendentes videntur cooperari peccato eorum: precipue quo ad arma offenſiua. vt gladios. lanceas. baliſtas. bombardas ⁊ huiuſmodi. Forte ſi ſic de defenſiuis tantū. vt galea. torace ⁊ huiuſmodi. vbi etiam dubium eſſet de iuſticia belli: forte poſſent excuſari.

4 ¶ Quid de his qui faciūt vel uendunt ornamenta mulieruȝ: aut ſotulares pictos: aut veſtes cum imoderata ſumptuoſitate conſutas? R. ſm Tho. ſcda ſcdē. q. clxviij. q2 mulieres licite ſe poſſunt ornare: vel vt ꝯſeruent decenciaȝ ſtatus ſui: vl' etiaȝ aliqd ſupaddere vt placeant viris ꝓprijs: ꝯñs ē ꝙ artifices taliū ornamentoꝝ nō peccant i vſu talis artis: niſi forte inueniēdo aliqua curioſa ⁊ ſuperflua.

5 ¶ Quid de factoribus taxilloruȝ. ſcachoruȝ. alearuȝ. ⁊ huiuſmodi? R. ſm. ꝟꝟ. quia ludus taxilloruȝ vt frequētius peccatuȝ mortale eſt: ideo nō eſt licitum viuere de artificio taxillorum. Sed de faciētibus ſcachos: vl' tabulas: quibus frequētius ludit ad ſubleuatiōeȝ tedij vel laboris: nō videt illicituȝ. Facientes autē cartas: an excuſent? videtur dicēdum ꝙ nō. Et videtur eſſe eadeȝ ratio: ſicut ⁊ de taxillis: quia frequētius homines illis abutunt: ludendo ꝓ maiori parte principaliter rōe lucri: ⁊ ſi ad recreatōem.

¶ Quid ꝺ faciētib⁹ ſerta ꝺ florib⁹ i dieb⁹ feſtiuis? Rñdeo non credo eos eē excuſabiles: q2 ꝓter periculuȝ qꝺ ꝺ facili pōt ꝯtigere ex abuſu huiuſmōi: que ſūt incitamēta vanitatis ⁊ laſciuie: violat obſeruātia diei ſabbati in operando. hec. ꝟꝟ. Poſſȝ tñ eē labor tā modicus ⁊ ſine ꝑcio: nec ad intētōeȝ laſciuiā: ſȝ moderataȝ recreatōeȝ qꝺ ñ eēt peccatuȝ: aut ñ mortale. Sic faciūt puelle: potius ex quadā recreatiōe ⁊ q̄ſi animi leuitate: q̄ȝ corrupta intentōne. Et ſic h caſu nō ꝯdēnande. Immo forte minus malū q̄ȝ ire ad choreas. 6

7 ¶ Utruȝ aliq̄ negociatio ſit clericis licita? R. ſm Ray. Si clericus idiget: pōt aliquo honeſto exercitio vel artificio ſibi neceſſaria acqrere. Itē pōt recipe poſſeſſiōes excolēdas ad q̄rtā vel q̄ntaȝ ꝑtē ⁊ huiuſmodi: ſeu ꝯducere ipſas ad ſuſtētatiōeȝ ſuā ⁊ ſuoꝝ. Quod qdaȝ itelligūt ſi hēat ipas ꝺ ſuis decimis: vl' ꝺ ſucceſſiōe ꝑentū: vl' aliunde ſibi datas. ⁊ ēt ſi hȝ multa paſcua ⁊ emat pecora: vt paſcantur ibi ad neceſſariā ſuſtētatiōem ſui ⁊ ſuoꝝ. Si aūt emat pecora vt tradat ad cremētuȝ: vl' vt aliqd agat i fraudē negociatōis: illicitū eſt ſȝ gl. Ray. Pōt etiā emere: vt ea meliorata cari⁹ uendat: vt pulluȝ. equū. ⁊ huiuſmodi.

8 ¶ Que ſit pena clericoꝝ q al's negocijs ſecularib⁹ ſe imiſcēt? R. debent excōicari. ar. xj. q. iij. in. c. nemo epoꝝ. Et ſi ſe nō correxerint: debent deponi. di. lxxxj. clericus.

n Otoriū duplex eſt. ſ. iur ⁊ facti. Notoriū iuris ē ꝺ quo qs canōice ē ꝯdēnatus: vel in iudicio ꝯfeſſus: vel legitime ꝯuictus. extra de coha. cle. c. veſtra. ⁊. c. queſitū. Notoriuȝ ꝟo facti ē cū populus ē teſtis ⁊ diſſimulatōni ñ ē locus. ex ꝺ coha. cle. tua. Et hoc itelligit: ſiue crimen ſit notū oibus q ſunt i illo loco. ſ. villa vl' pochia: etiā ſi i illo loco nō ſint niſi deceȝ: q2 deceȝ hoies faciūt populuȝ. x. q. iij. vnio ſȝ glo. Ray. q etiā addit: ꝙ ſi etiaȝ pochia hēat mille pochianos: ⁊ ſolū ex illis decem graues ⁊ honeſte pſone ſcādalizent de focaria ſacerdotis: pōt dici ꝙ populus ſcādalizet: cū deceȝ hoies populū faciāt: vt dictū ē. Et tale notorium facti iterum diuidit: q2 aliud eſt notoriuȝ facti actus ꝑmanētis: vt cū qs tȝ adulteraȝ publice i domo. Aliud ē notoriū facti trāſeūtis: vt cū aliqs publice hoieȝ iterfecit. Sȝ ⁊ ē tertiū notoriū fci pſūpti: vt ſi aliqs publice hitus

eſt ꝓ filio vel affine ⁊ huiuſmodi. In notorio igit̄ iur̄ exigitur qn̄qꝫ ꝓbatio ɔ̄ negātē. ex̄ de re iudi. c. ſicut. In notorio v̄o facti n̄ regritur ordo iuris: q al's ēt regularit̄ obſeruādus eſt. ex̄ de iureiu. ad noſtram. el. ij. Euidētia nāqꝫ patrati criminis nō indiget clamore accuſatoris. ex̄ de accu. Euidentia.

1 n **Nouicius.** ¶ Vtrū ipubes ſ. ante. xiiij. ānuꝫ quo ad maſculū: quo v̄o ad feminam añ. xij. ānū poſſit itrare religionē: vt ſit ibi nouicius: R. ſm Dir. li. ij. ꝙ aut offert̄ a pentib⁹ vl' tutorib⁹. Aut intrat ꝓpria auc̄te. Si primo mō: tꝫ igreſſus ſi ipe ɔſentit: ⁊ lꝫ ɔſenſus q ſit ante ānos diſcretōis nō teneat: tn̄ ipe exire nō pōt priuſqꝫ veniat ad legitimā etatē ad inſtar carnalis m̄rimonij. ex̄ de deſpon. ipu. d̄ illis. xx. q. i. illud. Sꝫ q̄ꝫ primū puenerit ad pfectaꝫ etatē pōt egredi. xx. q. iij. pn̄s. ex̄ d̄ reg. cū ſimus. Si v̄o nō ɔſenſit: pōt egredi qn̄ voluerit. xx. q. i. puelle. Si vero ipubes itrat ꝓpria auc̄te extrahi pōt a p̄re vel tutore vſqꝫ ad annuꝫ ⁊ diē. xx. q. ij. puella. Et ibi habet̄ ꝙ ſi i fortiori etate: puta in ānis pubertatis adoleſcētula vel adoleſcēs ſeruire deo elegerit: nō ē poteſtas parentib⁹ ꝓhibendi. Et ſm gl. ibi. iſte annus ⁊ dies incipit currere a die ſciētie. Sꝫ ſi ex cōſenſu eoꝝ intrauit: expreſſe vel tacite: vlterius reuocare nō poterunt. xx. q. i. c. addidiſtis. ⁊ c. quicūqꝫ.

2 ¶ Sed nūquid mater pōt offerre filiū ⁊ reuocare: Inn. dicit. ꝙ ſic allegat. d. c. addidiſtis. Sꝫ Jo. Lau. ⁊ Arch. ɔ̄: cū nō hēat ipſuꝫ in ptāte. inſti. de adop. §. femine. Et per ɔn̄s ſi pater obtulit filiū: mater nō pōt reuocare: niſi dicatur: ꝙ eque ſit in ptāte matris ſicut patris q̄ꝫtum ad hunc caſuꝫ. Opinio tn̄ Inno. videt̄ verior ſm iura: tn̄ alia teneret̄ niſi mater eſſet tutrix. hec Dir.

3 ¶ Quid ſi plures ſūt tutores: nūqd vnus ſolus offerre pōt: videtur ꝙ ſic: q: eandem poteſtatē habꝫ quo ad hoc ſicut parētes. xx. q. ij. puella. Dic ꝙ ɔditio prohibentis erit melior ſm Inn. ⁊ Dir.

4 ¶ Per q̄ꝫtuꝫ tp̄s dꝫ quis eſſe nouicius: R. regulariter per annū: tn̄ q: iſte tp̄s datur in fauorem nouicij: vt expiatur regule auſteritates: ⁊ monaſterij mores. ex̄ d̄ regu. ad apl'icaꝫ. io p̄lato cū ɔuētu ɔſentiēte ⁊ iteruenīēte volūtate nouicij: pōt an̄ ānū ꝓfiteri. ⁊ tꝫ ꝓfeſſio. Falliti ordine mēdicātiū: in qbus ꝓfeſſio fcā ante ānuꝫ ꝓbatōnis nō obligat illi religioni. vt ex̄ de regu. c. nō ſolū. ⁊ c. ɔſtōnē. li. vj. vbi habet̄ ꝙ i ordine mēdicantiū. ĩ. ānuꝫ ꝓbationis nullus dꝫ ad ꝓfeſſiōeꝫ recipi: q ānus dat⁹ eſt ei in ſubſidiuꝫ fragilitatis humane: nec ad renūciatōeꝫ ſeculi faciēdā: nec ɔſtitutū. ĩ. huiuſmodi ānū aliquatenus ipedire: quominus. ĩ. ipm ad aliā religionē quā maluerit tranſeat. niſi maior tn̄. xiiij. ānis exiſtēs ꝓfeſſus ſit tacite vel exp̄ſſe. Aut euidēter ɔſtat illuꝫ vitā voluiſſe mutare: qd̄ tn̄ n̄ p̄ſumitur niſi clara ꝓbatōne: vel ɔpetētibus indicijs oſtēdat̄. Et ſi qs ɔtra hāc ꝓbatōeꝫ receptus fuerit: taliter ꝓfeſſus nō ē obligatus illi religiōi. In alijs aūt ordinibus ꝓfeſſio exp̄ſſa vel tacita fieri pōt licite. ĩ. annū. Et ſi fiat exp̄ſſe etiā ſeculari habitu n̄ mutato: illi religioni preciſe obligatur: quaꝫ ꝓfeſſus eſt. Si vero tacite ꝑ ſuſceptōem habitus ꝓfeſſoruꝫ. ĩ. annū: tūc nō obligatur illi religioni ſpāliter: ſꝫ generaliter religioni: dūmō recipiēs ſit etatis apte ⁊c. de quo. ĩ. Recipiēs autē ad ꝓfeſſionē de ordine mēdicantiū. ĩ. ānum: icurrit tres penas. Pria eſt: quia peccat mortaliter. Eo q: p̄cipit̄ in virtute ſancte obediētie: ⁊ ſub pena excōicatōnis. Scd̄a q: oēs qui recipiūt ad ꝓfeſſionē ſūt ſuſpēſi a receptōe cuiuſcūqꝫ ad ꝓfeſſionē. Tertia quia a ſuis fratrib⁹ debēt puniri pena que ſolet infligi pro culpis grauibus vt ibi.

¶ An autēꝫ dictuꝫ. c. non ſolum. habeat locuꝫ in monialibus ordinū mendicantiū: R. ſm Be. in. d. c. nō ſoluꝫ. ꝙ ſic ⁊ ita dicit ſe cōſuluiſſe cū. d. Recupero in quadā cauſa florentie monialiū ordinis predicatorū que mēdicantes ſūt: licꝫ ex priuilegio apoſtolico poſſint habere ꝓpriū. Et ɔcludit ſm Lap. ꝙ moniales ſancte Clare vel ordinis p̄dicatoruꝫ comprehendūtur ſupradicta decre. Nec ob. ꝙ habēt poſſeſſiones: ⁊ nō q̄rūt victū ꝑ queſtū: q: ꝑꝑ hoc nō tollit̄ qn ſint d̄ ordine mēdicātiū: ſicut multi religioſi ſūt i mūdo nūc: qui nō habent poſſeſſiōes ⁊ d̄ facto mendicāt: ⁊ tamen non dicūtur mēdicantes: nec prohibētur poſſeſſiones habere: vt nōt Pau. in cle. vt ꝓfeſſores eo. ti. Ita dicamus in illis qui de iure vel inſtitutione ſue regule ſunt mendicātes: lꝫ nō mēdicent de facto: vt q: ɔtra prohibitōnem retinent poſſeſſiones: vl' q: ſuꝑ hoc habēt priuilegiū a papa vt poſſint hr̄e poſſeſſiōes ⁊ recipe 5

fructus: ⁊ quo ad alia retinēt priuilegiū men/
dicātiū. ⁊ tollēs vnū nō tollit aliud. ff. de ſer.
vr. pre. ſi domus. de vſu pallij. ex tuaꝝ. Dato
ergo ꝙ priuilegio ſint habilitate ad poſſeſſio/
nes: ex h̄ n̄ ſūt habilitate ad alia: nec a iuribus
loquētibus ḋ mēdicātibus eximunᷤ. Et qḋ di
ctū eſt de monialibus ſancte Clare veruꝫ eſt.
Secus ḋ minoriſſis: cū ex regula hēant pro/
priū. Et ſic quo ad talia habem⁹ reſpicere ad
eoꝝ regulā vel iſtitutōneꝫ: an hēant ꝓpriū: ⁊
ſic nō extendeᷤ ad eas. An non poſſint hr̄e: ⁊
ſic extēdetur: q̄ꝫuis ex priuilegio hēant poſſeſ
ſiones: vel de facto nō mendicent.

6 ¶ Quid aūt dicendū ḋ illo q̄ recipit aliquem
ad ꝓfeſſiōeꝫ. j. annū ꝓbatōis ḋ ordine mēdi
cantiū. An poſt ſuſpēſiōem taleꝫ ſi alium reci
piat ad ꝓfeſſionē icurrat irregularitatē: R. ſꝫ
De. in. d. c. nō ſolū. ꝙ nō: q2 oꝫ ꝙ actus qui
ſit poſt ſuſpēſiōeꝫ: ſit actus ḋ attributis certo
ordini eccl'aſtico ad hoc vt exercēs icurrat ir/
regularitatē. ſꝫ recipe ad ꝓfeſſionē nō ē attri
butum ordini: vt pꝫ ḋ abbatiſſa que recipit ad
ꝓfeſſionē: ⁊ ēt abbas diſpēſatiue pōt eſſe qui
nō ſit i ſacris ḋ eta. ⁊ quali. tuā. Et tamen ad
eū de iure cōi cum cōuentu ſuo ſpectat mona
choꝝ receptio. Sed de hoc. j. §. xx.

7 ¶ Quis aūt poſſit abſoluere ab hac ſuſpēſio
ne: R. ſꝫ De. vbi. s. ꝙ lꝫ iſtā ſuſpēſiōeꝫ papa
n̄ ſibi reſeruauerit: tn̄ nullus iferior a papa ab
ſoluere pōt. quia. c. nup. de ſen. ex. nō hꝫ lo/
cuꝫ i iferioribus ep̄is: vt etiam tꝫ Fed. ḋ ſe. Et
ſic p̄latus iſtoꝝ religioſoꝝ nō poterit abſol/
uere: nec ēt ep̄s ex quo iſti mēdicātes ſunt exē/
pti: ⁊ papa ē ep̄s exemptorū: ergo ſolus papa
abſoluet. Idem Jo. an. ⁊ Arch.

8 ¶ Utrū nouicio ingredieti religionē ſufficiat
ꝙ attigerit. xiiij. ānū: R. nō ſufficit: ſꝫ oꝫ ꝙ pfe
cerit: vt exp̄ſſe habetur ex̄ de regu. ad noſtraꝫ.
⁊ i. c. ſignificatū. Et ibi dicit panor. ↄcludēdo
per illum tex. ꝙ ad validitatē ꝓfeſſionis req/
ritur: ꝙ. xiiij. ānus ſit ↄpletus: nec malicia ſup
plet etatem ad ꝓfeſſionē inducēdā: ſicut ſup/
plet i matrimonio. Et rō diuerſitatis ē: q2 de
maiori p̄iudicio ⁊ obligatiōe agiᷤ in ꝓfeſſio/
ne: q̄ꝫ in matrimonio. Infert etiā panor. aliud
ſingulare ex illo tex. ꝙ votū religionis emiſſū
ante aduentū pubertatis: nō obligat vouen/
teꝫ. Ex quo vide ptāteꝫ quam hꝫ eccleſia circa
ea que ſūt ḋ iure diuino: nā p̄ ↄſtōnes ſuas im
pedit vires voti ⁊ limitat etates. Nam lꝫ non
poſſit tollere ius diuinū: pōt tn̄ illud iterpreta/
ri ⁊ diſtiguē. ḋ quo vide. s. Cōſuetudo. §. ij.

¶ Qḋ ē tp̄s ꝓbatōis i nouicio: R. ꝙ eſt. xv. 9
ānus. Nā cū n̄ poſſit igredi niſi ↄpleto. xiiij.
āno: ſequiᷤ ꝙ tūc incipiat ānus ꝓbatiōis. Et
hoc exp̄ſſe tꝫ Jo. an. ex̄ ḋ regula. bn̄ficiuꝫ. li.
vj. ⁊. c. i. e. ti. Sꝫ ⁊ hoc rōnabile ē: q2 tp̄s ꝓ/
batōis datur ad ꝓbādū auſteritatē religiōis:
vt ex̄ ḋ regula. ad apl'icaꝫ. Inter quas p̄cipua
eſt cuſtodia caſtitatis: quā cōiter loquēdo nō
eſt aptus antea ꝓbare. Et ſi ante. xiiij. annum
fecerit ꝓfeſſionē: ꝓfeſſio ē nulla: vt i. d. c. ad
noſtrā. ⁊. c. ſignificatū. Et hoc i quacūqꝫ reli
gione. Fallit i monachis habitātib⁹ in iſulis:
vbi ē dura ↄgregatio religioſoꝝ: vt in. c. q2 i
inſulis. de regula. vbi habeᷤ: ꝙ vbi ē dura cō
gregatio requiriᷤ in ꝓfitente plena pubertas
ſ. tp̄s. xviij. ānoꝝ. Jo. tn̄ an. vt recitat panor.
ibi dicit. ꝙ q̄ꝫtū potuit inueſtigare nūq̄ꝫ repe/
rit ꝙ. d. c. q2 in iſulis. ſuareᷤ in aliqua inſula.
vn̄ doc. pleriqꝫ arguēdo rōne lr̄e dicunt: ꝙ ſi
in iſula nō ē durior cōgregatio q̄ꝫ alibi: nō hꝫ
locū diſpō dicti capl'i. Et ſi i alijs locis ab in/
ſulis eſſet durior ↄgregatio: tūc haberet locuꝫ
diſpoſitio. d. c. vn̄ Pe. dicit. ꝙ cum apud mi
nores ⁊ p̄dicatores ſit dura cōgregatio: debꝫ
obſeruari qḋ diciᷤ in. d. c. q2 i inſulis. Qḋ plꝫ
panor. q2 quelibet diſpoſitio dꝫ ampliari ⁊ re/
ſtringi ad limites rōnis expreſſe: etiā ſi verba
nō patiantur vt in. l. adigere. §. q̄ꝫuis. ff. ḋ iu/
repatro. ⁊ in. l. cū pater. §. dulciſſimis. ḋ lega.
ij. Pro hoc facit: q2 papa non intēdit prouide
re locis: ſꝫ ꝑſonis. Et forte tex. loquiᷤ quando
vnicus locus ſolitarius ē mari circundatus ⁊
territorio anguſtatus: nō autem credo papaꝫ
hoc intellexiſſe ḋ inſulis maioribus: vt de iſu/
la anglie: ſicilie: ⁊ cipri: que ſunt ita ample vt
nulla prorſus ſit differentia iter eas ⁊ alias ꝓ/
uincias. Immo ſunt iocundiores in fructib⁹
⁊ fertilitate terre.

¶ Nūq̄d aūt ꝓfeſſio facta ↄ̄ prohibitiōeꝫ. d. 10
c. q2 in iſulis. ſit nulla: Poſ. videᷤ dicē ꝙ ſic.
Sed Panor. in. d. c. q2 in inſulis tenet ↄ̄triuꝫ:
q2 cum papa ibi nō anullet profeſſionē: ſꝫ ſim
pliciter prohibet profeſſiōem recipi: credit ꝙ
non impeditur virtus profeſſiōis. qm̄ hec pro
uiſio ſimpliciter ↄcernit fauoreꝫ ipſoruꝫ profi/
tentiū: qui pn̄t renūciare fauori eoꝝ: ꝓ h̄ tex.
quaſi exp̄ſſus i. d. c. ad apl'icam: vbi pꝫ ꝙ non
ſolū papa: ſꝫ regula prohibet profeſſionē fieri

ante annū probatōis. Et tñ profeſſio i ꝯtrariū facta tꝫ. lꝫ abbates recipientes talem ꝓfeſſiōeꝫ ſint puniendi. Itē cū obligatio hec queratur deo ꝑ miniſteriū abbatis: nō impedit ex ſimplici prohibitōe ꝯſtōnis humane. Cape inſtā tiam i prohibitōe matrimonij carnalis. Nam ex ſimplici prohibitiōe nō īpedit vinculū matrimoniale: lꝫ ꝯtrahentes veniant puniendi ex trāſgreſſiōe ꝑcepti: cū prohibitio non habeat ꝑpetuā ꝓhibitōnis cāꝫ: ſꝫ tpalē: vt ꝓbat ex̄ ď ma. ꝯcto ꝯ inter. ec. ꝑ totū. Et ꝑ hoc pꝫ rñſio ad. l. nō dubiū. C. de leg. ⁊ ad regulā q̄ cōtra ius. de reg. iur. li. vj. hec Panor.

11 ¶ An autēꝫ nouicius. j. annum libere poſſit redire ad ſeculū? R. Panor. i. c. ſtatuimus. ď regu. ꝑ illū tex. facit regulaꝫ ⁊ quatuor fallentias. Regula eſt ꝙ nouicius libere pōt redire ad ſeculū. j. annū ꝓbatōis. Et pondera ꝟbuꝫ libere ex quo iſert ꝙ ď neceſſitate nō tenet petere licētiā ab aliquo. Nā de ſignificato hui⁹ ꝟbi. libere. eſt: vt nō requirat alterius licentia vt nō. in. c. ď multa. de ꝑben. Non ergo pōt dici nouicius fugitiuus ſi receſſit a monaſterio ſine licentia abbatis: dūmō nihil abſtulerit a monaſterio. nec etiam tenet ſatiſfacere ď expenſis factis ſibi a monaſterio. vt probat tex. in. d. c. nō ſolum. Ibi aliquatenus impedire. Et ideo dicit Hemi. ibi: ꝙ inuitum nullo mō debent retinere. j. annuꝫ probationis: niſi fecerit profeſſionem ⁊c̄.

12 ¶ Sed quid ſi nouicius exñs in nouiciatu ⁊ delinquens taliter ꝙ ſi eſſet profeſſus deberet puniri pena carceris perpetui: an poſſit a regulari ꝑlato puniri ad ꝑpetuum carcereꝫ? R. Sc. vbi. s. ꝙ nō ꝑ rōneꝫ allegataꝫ in tex. qui prohibet iſtos nullo mō poſſe impediri quin redeāt ad ſeculū. Poſſet tñ ad tps dānari nouicius: ⁊ hoc ſi velit. Aliter non. Caſus excepti ſūt quatuor. Prim⁹ ſi ꝓfeſſionē fecit. j. ānū. hūc tñ caſuꝫ diſtigue prout habet in. d. c. non ſolum. ⁊ in. d. c. ꝯſtitutōem. puta an fecerit ꝓfeſſionem in ordine mendicātium: vel non. de quo dictum eſt. s. ⁊. j. etiā dicetur. Hoc etiaꝫ intellige quādo completo anno. xiiij. fecit profeſſionem: qꝛ minor ānis. xiiij. profitendo non obligatur religioni. vt eſt tex. clarus in. c. ſignificatuꝫ. de regula. niſi factus maior: ratam expreſſe profeſſionem habuerit. vt eſt tex. expreſſus in. c. j. de regu. li. vj. Et eadem rōe dicit Panor. in. c. ſicut tenor. de regula. ꝙ profeſſio fcā tpe alienatōis mētis pōt rata haberi ſana mēte redeūte. Et h̄ itelligit ſi exp̄ſſe ratā habuit: licꝫ Hoſt. vt recitat panor. ibi dicat ꝙ tacita ſufficiat: quē cōit ſequūtur doc. Dicē enīꝫ ꝙ ſi furioſus fact⁹ mētis ꝯpos certificat⁹ ď profeſſiōe fcā i furore: ñ ꝯdicit: ſꝫ ꝑſeuerat in monaſterio: vr̄ ꝯſentire. Sꝫ panor. putat hāc opinionē ñ eē verā ꝑ. d. c. j. ubi pꝫ ꝙ profeſſio fcā i minori etate ñ ratificat tacite ſupueniēte maiori etate: niſi ꝑ ānū portet habitū idiſtictū: ergo forti⁹ idē dicēdū ē i profeſſiōe fcā a furioſo q nihil itellexit ď his q̄ egit. Secūdus cāus ē: ſi. j. ānū ſuſceperit hitū profeſſoꝝ. vt i. d. c. ꝯſtōnē. Sꝫ pro hui⁹ cāus dclaratōe vidēdū ē qñ qs ex aſſūptōe ⁊ delatōe habit⁹ cēſeat profeſſus. Et panor. i. c. ex pte. ď regu. dic̄: ꝙ triplex ē habit⁹. Quidā ē diſtict⁹: vt qꝛ alio habitu utūtur nouicij: alio profeſſi. Quidā ē idiſtinctus: vt qꝛ profeſſi ⁊ nouicij utunt eodē habitu. Quidā ē habit⁹ idiſtinctiſſimus: vt qꝛ ñ ſolū nouicij ⁊ profeſſi: ſꝫ ēt ducētes cōem vitā cū eis deferūt eundē habituꝫ: ⁊ pōt poni exēplum i iſtis fratrib⁹ ſancti Antonij: vel i alijs qui ſolum ferūt crucē in pectore. Hanc diſtinctōem habes in cle. cos. de regula. iūcta glo. Primo caſu cuꝫ habitus ē diſtiuctus: ſubdiſtingue. nam quedā eſt diſtinctio latens: vt qꝛ habitus profeſſoꝝ ſolū bñdicitur. Quedā eſt diſtinctio patens: vt in colore: ſciſſura: vel forma. Prio cāu deferēs illuꝫ habitū in religione ꝑ annū: ipo facto cenſetur profeſſus ſi erat maior. xiiij. ānis: vt eſt tex. in. d. cle. cos. Secūdo caſu: cū diſtictio ē patens. ſ. i ſciſſura: colore: vel forma: nō obligatur religiōi q̄ꝫtocūqꝫ tpe talē hitum qs portauerit. ar. d. cle. cos. Et in hoc cāu intellige dictū Inn. ⁊ Abbatis in. d. c. ex pte. qui dicunt ꝙ etiā ſi ꝑ. xx. ānos quis deferat talem habitū: nō cēſetur profeſſus. Scdo cāu pricipali: cū habit⁹ ē indiſtict⁹ procedit proprie tex. i. d. c. ex pte. vt deferēs ꝑ ānū cēſeatur profeſſus: niſi ꝑcedat proteſtatio vt i. d. c. j. Idē dic i tertio cāu: cū hitus ē idiſtictiſſimus: dūmō fuerit aſſūpt⁹ a maiore. xiiij. annis. Nam ſi a minore nō obligatur: qꝛ pōt preſumere ſe illum habitum portare ſicut alij qui non ſunt religioni obligati: ſed ducunt vitā cōeꝫ cū religioſis. vt probatur i. d. c. j. ⁊ plenius nō. i. d. cle. cos. vbi ꝟo hit⁹ ꝓfeſſoꝝ ē diſtictus tūc ꝑ ipi⁹ delatōeꝫ ꝑ triduū ſciēter factā: cēſetur qs profeſſus: ſꝫ obligat religiōi i

genere: ſi talē habitū aſſumpſit. j. annuꝫ ꝓbatōis. vt in. d. c. ɔſtitutionē. Tertius caſus ē ſi cōpleto. xiiij. anno: per annū integrū in habitu indiſticto cū alijs religioſis vitā duxerit. ⁊ ſic. xv. annum ibi cōpleuerit. De hoc dic vt ſ. dictū ē. Quartꝰ caſus ſi appꝫet eū abſolute euidēter voluiſſe vitā mutare. vt i. d. c. ñ ſolū.

15 ¶ An aūt hoc ſit veꝝ ꝙ aſſūptio habitus nouicioꝝ: cū ꝓpoſito mutādi vitā ⁊ relinquēdi ſeculū obligꝫ quē religiōi ſaltē i genere: ita ꝙ āplius nō poſſit redire ad ſeculū: difficultas ē magna iter doc. Nā Inn. i. c. ɔſulti. d regula. tꝫ ꝙ iſte ē verus religioſus: ⁊ ꝙ mr̄imoniuꝫ poſt ɔ̄ctū nō tꝫ. Mouet̃ q2 iſtud ꝓpoſitū mutādi vitā cū ſit quoddā votū: ſolēnizatur ꝑ ſuſceptōēꝫ ipſiꝰ habitus. Idē Hoſti. ⁊ Vin. ꝗ dicūt ꝙ ſi iſte hūiſſet vxorē icognitā: potuiſſꝫ vxor icōtinēti alteri nubere: quaſi ꝑ hoc ꝓpoſitū ſolēnizatū: cū ſuſceptōe habitꝰ fuerit diſſolutū illud mr̄imoniū nō ɔſūmatū: ac ſi religiōēꝫ exꝑſſe fuiſſet ꝓfeſſus. Et dicit Io. an. hoc ꝓbari i. c. bñficiū. d regula. li. vj. vbi dr̄ bñficiū illius ꝗ ſuſcepit habituꝫ nouicioꝝ poſſe alteri ɔferri ſi appꝫet euidēter eū voluiſſe vitā abſolute mutare. Idē dicit Inn. i eo ꝗ renūciauit ſeculo ſuſcipiēdo habitū religiōis: vel ſi renūciauit ꝓprijs: vel emiſit votū ɔtinētie ſuſcipiēdo habitū nouicioꝝ: votū ē ſolēnizatū ſꝫ eū. Secꝰ ſi vouiſſꝫ ñ comedere carnes: vel facere aliā abſtinētiā. Nā hoc caſu ꝑ ſuſceptionē habitus nouicioꝝ nō ſolēnizaretur votū. Et ſic ſentit i effectu: ꝙ votū alteriꝰ ex tribꝰ ſubſtātialibus regule: ſolēnizatur ex ſuſceptōe habitus nouicioꝝ: vt ſic amplius nō poſſit redire ad ſeculū. Et cū hac opiniōe tranſit do. An. i. d. c. cōſulti. ⁊ fere oēs ſcribētes. vt recitat Panor. ibi preter. d. Car. qui tenet iſtos nō eē veros religioſos: q̄ꝫq̄ꝫ nō poſſint redire ad ſeculuꝫ. Et per conſequēs teneret matrimoniū cōtractū per iſtos. Mouetur q2 per ſuſceptionē huius habitus nō ſit ꝓfeſſio tacita vel expreſſa: ergo votū non ē ſolēnizatum quo ad dirimēdū matrimoniū poſt ɔtractū ꝑ. c. vnicū. d voto. li. vj. Et ita refert ſe cōſuluiſſe in facto. Nec ob. d. c. nō ſolū. vbi tex. multū ſtringēs i materia eꝗparat ꝓfeſſuꝫ tacite vel exꝑſſe. Et iſtū qui ꝓpoſuit vitā abſolute mutare: q2 ille tex. ſoluꝫ equiꝑat quo ad hoc vt neuter poſſit redire ad ſeculū. vnde fatēdum ē iſtuꝫ de quo queritur ñ poſſe ſine periculo aīme ſue redire ad ſeculū: ſed debet intrare religionē: ſaltē latiorē. vt dicitur i. d. c. ɔſulti. Nō tamē ꝑ hoc ſeqtur ꝗn matrimoniū ɔ̄ctū teneat: ſꝫ penitētia ſit ſibi iponēda de trāſgreſſiōe voti. Tollitur eīm primū votū: tanq̄ꝫ ſimplex ꝑ matrimoniū ſequēs: tanq̄ꝫ fortius viculū. vt i. d. c. vnico. Et hec opio ſatis plꝫ Panor. ꝓ qua adducit vnā rōēꝫ. Ad quā dicit ſe nō videre reſpōſionē: votuꝫ nō ſolēnizatū quo ad dirimēdum mr̄imoniū poſt ɔ̄ctuꝫ niſi ꝑ ꝓfeſſionem expreſſaꝫ vel tacitā factā alicui de religiōibus approbatis. vt i. d. c. vnico. Sꝫ certū ē ꝙ iſte ꝗ ſuſcepit habitū nouicioꝝ nō fecit hāc ꝓfeſſionē: ergo votū nō ē ſolēnizatū. Minor ꝓbatur: q2 ꝓfeſſio nō pōt fieri ſine ɔſenſu monaſterij ⁊ ɔuētꝰ. vt i. c. ad aplicā. de regula. Nā oꝫ ꝙ iteruēniat ɔſenſus illꝰ ꝗ pōt iſtū incorporare religiōi. Sꝫ mōaſteriū dādo habitū nouicioꝝ ñ itēdit iſtū recipe ad ꝓfeſſionē: immo vult expiri prius eius mores: ergo non pōt dici iſtū feciſſe ꝓfeſſionē ēt tacitam ex illo ꝓpoſito. q2 cū iſta ꝓfeſſio ſit quaſi ꝗdā ɔ̄ctꝰ ⁊ hinc inde oriat̃ reciproca obligatio: nō pōt ɔſiſtere ex ꝑte vnius tm̄. l. i oibus. ff. de ac. ⁊ ob. Hinc ē ꝙ tex. in. d. c. nō ſolū. ponit iſtuꝫ caſuꝫ de quo querit̃ ſeꝑatū ab eo: i quo quis fecit ꝓfeſſionē exꝑſſaꝫ vel tacitā. Et ꝑ hoc iſertur ꝙ iſte nō ſit verus religioſus ex quo ꝓfeſſio ſua tacite vel exꝑſſe ñ fuit recepta a ſuperiore peccat tñ mortal'r ſtādo i ſeculo: ⁊ nō itrando religionē: ex quo hūit aīum ꝑpetuo mutādi vitaꝫ. Rō ē: q2 ex tali ꝓpoſito vr̄ deo vouiſſe: nō tñ obligat̃ ad itrādū eādē religiōēꝫ: ſꝫ pōt itrare ēt latiorē. hec Panor. Sꝫ inuenio eūdē Panor. i. c. litteraturā. extra de uoto ſingul'r limitāteꝫ hūc tex. ɔſulti. Et hoc ſꝫ theoricā ſancti Tho. quā ēt ſequitur Archi. in. c. qui bona agūt. xvij. q. j. vꝫ ꝙ ad obligationē voti tria ſūt neceſſaria: vꝫ deliberatio: ꝓpoſitū ⁊ ꝓmiſſio. Et dicit Panor. ꝙ hec theorica dſtruit multas theoricas cāoniſtaꝝ: vel ſaltē oꝫ eas reſtrīgere. Nā Hoſt. i. d. c. litteraturā. ⁊ i. d. c. ɔſulti. dixit ꝙ ſiꝗs ꝓpoſito mutādi vitā ſuſcepit habitū religiōis: efficaciter eſt obligatꝰ quo ad deū: ꝓpter ꝓpoſitū mutādi vitā. Nā ɔ̄riū pōt elici ex dictis beati Tho. vt nō ſufficiat ſolū ꝓpoſitū etiā ꝑcedēte deliberatōe: niſi ſequat̃ ꝓmiſſio ſaltē corde fcā. Et hoc multū plꝫ Panor. ibi. nā ñ ſeqtur: ꝓpoſui firmiter i aīo aliqd deo dare: vl' homini: ꝙ

ob hoc ſim obligatus ad dādum: ex quo illam rem nō ꝑmiſi deo vel homini. Et h dcā bea ti Tho. tꝫ ⁊ refert Archi. i. d. c. qui bona. Oꝫ ergo reſtrigere iura que firmāt ſup ꝓpoſito obligatōēꝫ: vt itelligant̄ de ꝓpoſito cū animi ꝑmiſſiōe. Etiā nōbis ꝙ ſola ꝑmiſſio nō va let: niſi p̄cedat deliberatio cū ꝓpoſito: ēt reſpe ctu religiōis: lꝫ ꝯtriū ſenſerit Jo. an. i. d. c. du/ dū. de ꝯuer. ꝯiu. Et ad hoc facit gl. ſingula/ ris i. d. c. lr̄aturaꝫ. que vult ꝙ nemo ad aliqd ſe obligat: niſi hēat aium ſe obligādi. In vo/ to eīm deus vult hominē volūtariū: nec votū obligat quē vltra cōſenſum: ſic iſte q itrat reli gionē: ſi nō hꝫ animū obligādi ſe: abſurdum ēēt dicere ꝙ ēēt obligatus.

14 ❡ Quot āt modis inducat̄ ꝓfeſſio tacita: R̷. Panor. i. c. ad nr̄am. d̄ regula. dicit ꝙ ꝓfeſ/ ſio tacita qñqꝫ iducitur p delationē habit⁹ in/ diſtincti: dūmodo portetur p annū. Et talis ꝓ feſſio tacita obligat illi religiōi i ſpecie. vt i. d. c. eos. Quādoqꝫ fit ꝓfeſſio tacita p ſuſce/ ptionē habitus ꝓfeſſoꝝ que iducitur quinqꝫ ꝯcurrētib⁹. Pͥo dꝫ eē diſtinct⁹ ab habitu no uicioꝝ. Scdo ꝙ ſciēter fiat: hoc ē ꝙ ſciat illū habitū ſolū ꝯpetere ꝓfeſſis. Tertio ꝙ volūta rius. Sec⁹ ſi iuitus vel ex metu. Quarto etas lia. ſ. xiiij. ānoꝝ. Quito ꝙ pſeueret triduo in delatōe tal' habit⁹: ⁊ tal' ꝓfeſſio ñ obligat illi religiōi i ſpē: ſꝫ i gnē: q2 pōt trāſire ad aliā re ligionē ēt latiorē. vt ꝓbat̄ i. d. c. ꝯſtōnē.

15 ❡ Sꝫ ſi queratur: quare eccleſia dat iſtud tri/ duū: R̷. Panor. i. d. c. ad noſtrā. ꝙ hoc ideo ē: q2 poſſet dubitari quo animo fiat talis habi tus ſuſceptio. Ideo iura voluerunt prefigere terminū trium dieꝝ. Sed i ꝓfeſſiōe verbali nō requiritur pſeuerātia tridui: queadmodū nec i alijs votis. vt ꝓbatur in. d. c. ꝯſtitutio/ nē. Et nōt Panor. vbi. ſ. ꝙ doc. excipiūt ali os caſus i qbus nō reqritur pſeuerātia tridui ad inducēdā profeſſionē tacitā. Primus ē ſi in iſirmitate quis recipit habitū ꝓfeſſoꝝ. naꝫ videtur deliberate habitū ſuſcepiſſe. allegant c. ſicut nobis. de regula. Scds caſus qñ pri/ us quis vouit itrare religionē: ⁊ demū intrat recipiēdo icōtinēti habitū ꝓfeſſoꝝ. nā vide/ tur deliberate feciſſe. Sed Panor. dubitat de vtroqꝫ cāu p. d. c. cōſtitutionē. vbi poniť ius nouū circa iſtā tacitā ꝓfeſſionē. Et ad hoc vt obliget reqrūtur illa qnqꝫ de qbus. ſ. Et po/ tius putat Panor. reqri pſeuerātiā tridui in iſirmitate q̄ꝫ tēpore ſanitatis: cum iſirmus tur beť ꝓpter moleſtiā morbi. ar. bonū in. l. cum antiquitas. C. de teſta.

❡ An aūt repiatur alius modus a p̄dictis p 16 quē iducatur tacita ꝓfeſſio: R̷. d̄ hoc videť ca ſus ꝙ ſic i. c. vidua. d̄ regula. Sꝫ Panor. ibi hoc limitat dicēs: ꝙ ad hoc vt p exercitiū ali/ quoꝝ actuū qs dicať ꝓfiteri reqruntur plura. Pͥo ꝙ ſit nouicius. i. ꝙ itrauerit mōaſteriū aio vt efficereť religioſus. Scdo ꝙ ſciebat il/ lū actū ptinere ad ꝓfeſſos tātū. Nā data igno rātia ceſſat p̄ſumptio. Tertio ꝙ ſpōte ſe igeſſe rit. Sec⁹ ſi p metū. vt i. c. j. qd̄ mē. cā. Quar to ꝙ pſeuerauerit poſtmodū triduo i eo ꝓpo ſito. Et hoc vr̄ reqrere Jo. an. ar. d. c. ad no/ ſtrā. vbi diciť ꝙ aſſūptio habit⁹ ꝓfeſſoꝝ idu cit ꝓfeſſionē cū pſeuerātia tridui: ergo idē ea dē ratiōe dicēdū i caſu nr̄o. Sed. d. An. dicit ꝙ i caſu. d. c. vidua. nō reqritur perſeuerātia tridui: q2 de eo nulla fit mētio. Sꝫ ꝓcedit tex. quādo duo concurrūt: vꝫ aſſumptio habitus profeſſoꝝ: ⁊ exercitiū actus cōuenietis ꝓfeſ/ ſis. vñ hec duo ſimul iuncta ſufficiūt p ſe abſ/ qꝫ perſeuerātia tridui. Sed dictū Jo. an. ꝓ/ cederet vbi ꝯcurreret alterū tantū. Et iſte in/ tellectus plꝫ Panor.

❡ An autē deferēs habitū ꝓfeſſoꝝ ſi ꝓteſte 17 tur ꝙ ob hoc nō intēdit ꝓfiteri: valeat tal' ꝓ teſtatio: R̷. Hoſ. dicit ꝙ hic iducitur preſum ptio iuris ⁊ de iure que nō admittit ꝓbatōeꝫ in ꝯtriū. Idē Archi. ⁊ Jo. mo. Cū talis ꝓte ſtatio ſit ꝯtria facto: ⁊ ſic nō iuuat. Sꝫ Jo. an. vt refert Ge. in. c. j. de regula. li. vi. tꝫ ꝙ ꝓte ſtatio iuuet ſi fiat ex iuſta cā. Idē Jo. d̄ ligna. Et opio ꝯtraria ꝓcedit: vbi ꝓteſtatio eēt fa cto ꝯtraria: ſꝫ hic ē dclaratoria. vt i. c. cū. M. de ꝯſti. Et hoc credit Ge. veꝝ: q2 vbi factū ē multipl'r itelligibile: ⁊ agēs ꝓteſtatur ꝙ nō facit actū ad finē illius: ſed alteri⁹ iuuat. Nam iſtud recipe habitū pōt itelligi dupliciter. ſ. ꝙ facit aimo profitēdi. Scdo ꝙ remanet ex ꝓte ſtatōe aio probādi. Idē tꝫ Panor. i. c. ex pte de regula. Sec⁹ dicit Panor. i. c. poſtulaſti. co. ti. in aſſumptōe habitus nouicioꝝ prote/ ſtationē nō fore neceſſariā. vt in. c. ſtatuim⁹. de regula. Et ſic habes ꝯcluſiue ꝙ ubi habi/ tus ē indiſtinctus nouicioꝝ ⁊ ꝓfeſſoꝝ: ꝓteſta tio iuuat. Idē qñ habitus ē indiſtinctiſſimus. Vbi aūt habitus ē diſtinctus: ꝓteſtatio non ē neceſſaria. Ex quo iſertur ꝙ in ordine minoꝝ

noucius deſerēs habitū nouicioꝝ vbi eſt di/
ſtinctus ab habitu profeſſoꝝ in ſciſſura ꝛ for/
ma: puta in bauarola: quātocunqꝫ tēpoꝛe de/
tulerit: nūquā dicitur expreſſe vel tacite ꝓfeſ/
ſus: etiā ſi lapſo anno nullā proteſtationē fece
rit. Et ſic libere ad ſeculū redire poſſet. Et ſa/
tis nouicius talis videtur proteſtari deſerēdo
probationē. Ipſa enim bauarola ꝓ ipo prote
ſtatur: ꝙ q̄diu illā poꝛtauerit: erit nouicius:
ꝛ ſic n̄ obligatus religiōi. Poſtmodū ē eti/
am aliud qd̄ ip̄edit. ſ. diſtictio habitus i ſciſſu/
ra: ꝛ vtrūqꝫ iſtoꝝ per ſe ſufficit ad impedien/
duꝫ profeſſionē.

18 ¶ Utrūꝫ ad validitatē profeſſionis tacite re/
quiratur vt iteruenīat pſona que ipſuꝫ recipi/
at: an vero ipe nouicius per ſe ſolū poſſit pro
fiteri: Q̄ō ē pulchra ꝛ quotidiana. R. Ge. in
d. c. conſtitutionē. dicit ꝙ tota difficultas hu
ius dubij videtur ꝯſiſtere i hoc. An in ꝓfeſ/
ſione que obligat i genere requiratur perſona
que poſſit icoꝛpoꝛare in illā. Inn. ꝛ Hoſt. vi
dētur tenere ꝙ ſic. Sꝫ Ge. vr̄ cāuſi i ꝯtrūū in
d. c. ꝯſtitutionē. q2 ſi recipit habitus ꝓfeſſoꝝ
in religiōe nō mēdicātiū. j. annū ꝓbationis:
iſta obligat in genere: vt ibi pꝫ. Et tn̄ nullus
dubitat ꝙ iſte dās habitū iſti: n̄ pōt icoꝛpoꝛa/
re i religiōe diuerſa a ſua. Et ſic videt ꝙ dictū
Inn. ꝛ Hoſt. d̄beat reſtrīgi qn̄ agit d̄ obliga
tōe i ſpecie: ꝛ tūc regratur pſona hn̄s ptātem
icoꝛpoꝛādi. Si āt fiat actꝰ iducēs obligatōem
i genere: ſufficit ꝙ fiat in manibꝰ alicuiꝰ hn̄tis
admiſtrationē religioſam. Et iſtud vr̄ ſenſiſſe
Lap. abbas. Et poſſet aſſignari rō diuerſi/
tatis: q2 qn̄ agit d̄ obligatōe i ſpecie: monaſte
riū ē obligatū profitēti ad alimenta ꝛ alia ſibi
neceſſaria de accu. ex pte. ꝛ qd̄ ibi notat. vn̄
oꝫ ꝙ illa obligatio ꝯtrahat per habētē ptātē.
de reſcriptis. c. doceri. Sed qn̄ obligatio fit in
genere: tūc ex pte promittētis qui pōt ſe obli/
gare ſurgit ligamē: ſed ex pte recipiētis n̄ quo
ad ſpēm: ſed i genere. vn̄ poſtea requiritur ꝙ
alius habēs ptātē recipiat illū in ſpecie. Et ſic
recipiēs in genere nō incoꝛpoꝛat i ſpecie. In
incoꝛpoꝛatōe autē generis ſufficit ꝙ p̄ſit ali
cui admiſtrationi. hec Ge. Prima tn̄ opinio
videt rōabilioꝛ ꝛ cōioꝛ: quā videt approbare
Panoꝛ. i. c. poꝛrectū. d̄ regula. Et ꝑ predicta
pōt ſolui queſtio quotidiana. Quid d̄ illo no
uicio q ignoꝛāte plato geſtauit habitū ꝓfeſſo
rū: vbi ē diſtictus ab habitu noucioꝝ: ꝛ illuꝫ
poꝛtauit ꝛ ſuſcepit ſpōte ac ſciēter: cū etiaꝫ eēt
etatis debite. vel talē habitū ſuſcepit. vt. ſ. ab
aliquo fratre priuato ignoꝛāte prelato: ꝛ illuꝫ
poꝛtauit per triduuꝫ ꝛ plus: an ꝑ huiuſmodi
delationē iducatur ꝓfeſſio tacita: Et per pre/
dicta dicēdum ꝙ nō. vt notat Panoꝛ. i. d. c.
poꝛrectū. q2 quis nō pōt ſeſpm incoꝛpoꝛare re
ligioni. Sed oꝫ ꝙ per habētē ptātem icoꝛpo
retur: ſicut non pōt quis baptizare ſeipm: nec
ſibiipſi ꝯferre bn̄ficia. nec monachi poſſūt ali
quē recipere ad profeſſionē tacitā vel expreſ/
ſam. ſil'r nec alia perſona priuata. Conclude
ergo ꝙ ad validitateꝫ profeſſiōis regritur vt
